

PONTIFICIUM ATHENAEUM SALESIANUM
SOCIETATIS S. FRANCISCI SALESII

KALENDARIUM LECTIONUM

Anno 1965-66

Auctoritate Rev.mi
ALOISII RICCERI

Magni Cancellarii

et jussu Rev.mi
ALFONSI M. STICKLER

Rectoris Magnifici
EDITUM

ROMAE 11.18
Via dell'Ateneo Salesiano
Tel. 88.46.41



PONTIFICII ATHENAEI SALESIANI

AUCTORITATES ET OFFICIALES

A U C T O R I T A T E S

MAGNUS CANCELLARIUS:

Rev.mus Sac. ALOISIUS RICCERI
Societatis Salesianae Rector Maior

RECTOR MAGNIFICUS:

Sac. ALFONSUS M. STICKLER

DECANUS FACULTATIS THEOLOGICAE:

Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE

DECANUS FACULTATIS IURIS CANONICI:

Sac. CAIETANUS BRUNO

DECANUS FACULTATIS PHILOSOPHICAE:

Sac. VINCENTIUS MIANO

PRAESES INSTITUTI SUPERIORIS PAEDAGOGIAE:

Sac. PETRUS BRAIDO

O F F I C I A L E S

SECRETARIUS GENERALIS:

Sac. NICOLAUS M. LOSS

PRAEFECTUS BIBLIOTHECARUM:

Sac. SILVESTER TALIGA

VICE-PRAEFECTUS BIBLIOTHECARUM:

Sac. LUDOVICUS FARSAK

OECONOMUS:

Sac. TERENTIUS SANNA



PONTIFICII ATHENAEI SALESIANI

CONSLIUM ACADEMICUM

P R A E S E S

Sac. ALFONSUS M. STICKLER, RECTOR MAGNIFICUS

C O N S I L I A R I I

Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE, DECANUS FACULTATIS
THEOLOGICAE

Sac. CAIETANUS BRUNO, DECANUS FACULTATIS IURIS
CANONICI

Sac. VINCENTIUS MIANO, DECANUS FACULTATIS PHI-
LOSOPHICAE

Sac. PETRUS BRAIDO, PRAESES INSTITUTI SUPERIORIS
PAEDAGOGIAE

Sac. NAZARENUS CAMILLERI, E FACULTATE THEO-
LOGICA

Sac. AEMILIUS FOGLIASSO, E FACULTATE IURIS
CANONICI

Sac. DARIUS COMPOSTA, E FACULTATE PHILOSOPHICA

Sac. PETRUS IOANNES GRASSO, EX INSTITUTO
SUPERIORE PAEDAGOGIAE

S E C R E T A R I U S

Sac. NICOLAUS M. LOSS

ADITUS PATET:

- Ad Rectorem Magnificum:
sabbato, ab hora 11 ad horam 12,30.
- Ad Decanum Facultatis Theologicae:
quotidie ab hora 12,30 ad horam 13,15.
- Ad Decanum Facultatis Philosophicae:
quotidie ab hora 16 ad horam 17.
- Ad Decanum Facultatis Iuridicae:
quotidie ab hora 16 ad horam 17.
- Ad Praesidem Instituti Superioris Paedagogici:
feria VI ab hora 8,30 ad horam 12,30.
- Ad Secretarium Generalem:
quotidie ab hora 8,30 ad horam 9,30.
- Ad Officium Secretariae:
durante anno academico: ab hora 10 ad
horam 12,30.
vacationum tempore: ab hora 11 ad ho-
ram 12.
(mense Augusto officium clausum manet).
- Ad Bibliothecam:
durante anno academico: ab hora 8,30 ad
horam 13; ab horam 15,30 ad horam 19
(sabbato post meridiem Bibliotheca claudi-
tur hora 18; feria V post meridiem Biblio-
theca clausa manet).
Vacationum tempore: ab hora 8,30 ad ho-
ram 12,30.
A die 15 Iulii ad 31 Augusti Bibliotheca
clausa manet.

PRAENOTANDA

EXCERPTA

E STATUTIS ET NORMIS

I. - PONTIFICII ATHENAEI SALESIANI ORIGO ATQUE FINIS

1º Promulgata Constitutione *Deus Scientiarum Dominus*, Summi Pontificis Pii XI f. r., mens fuit altiorum studiorum non modo rationem docere, sed et omnes locorum Ordinarios omnesque Religiosarum Familiarum Moderatores ad disciplinarum ecclesiasticarum studium impensius fovendum incitare.

2º Qua de re, Salesianae Societatis Sodales Summi Pontificis vota filiali devotione accipientes, meliore qua licuit ratione, iam a S. JOANNIS Bosco Successoribus ad Philosophicas atque Theologicas disciplinas excolendas ubique constitutas domos rectius componere aptosque scientificis subsidiis instruere, non sine magno labore, decreverunt.

3º Interea, Rev.mus Sac. Petrus Ricaldone Societatis Salesianae Rector Maior, ipso Summo Pontifice Pio XI adprobante, Augustae Taurinorum, apud Institutum Internationale « Don Bosco », ut aiunt, in quod iamdiu Salesiani alumni undique conveniebant, *Athenaeum Ecclesiasticum* eo fine erexit ut designati Alumni ad ecclesiasticas disciplinas in Philosophicis atque Theologicis scholis tradendas aptius instruerentur. Cumque omnia praescriptionibus Constitutionis Apostolicae rite fuerint accommodata, eiusdem Constitutionis Studiorum Ratio ad effectum mandari coepit, primum

pro Theologicis, deinde pro Philosophicis, demum pro Juris Canonici disciplinis.

4º Peracto vero feliciter per aliquot annos experimento, Rev.mus Sac. Petrus Ricaldone, ipso quoque feliciter regnante Summo Pontifice Pio XII confirmante, initio anni 1940 Sacrae Congregationi de Seminariis et de Studiorum Universitatibus supplicem libellum exhibuit pro erectione canonica Pontificii Athenaei Salesiani cum tribus Facultatibus, nempe Theologica, Juridica et Philosophica. Cui petitioni eadem Sacra Congregatio per Chirographum n. 265/40 diei 3 maii 1940 benigne annuit, die vero 12 iunii eiusdem anni Athenaei Statuta adprobavit.

5º Tertio autem lustro a praedicto Pontificio Athenaeo condito, simulque ab experimento instauracionis *Instituti Paedagogiae* ad instar speciei Facultatis, hoc est ad normam eiusdem Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » expleto, eadem S. Congregatio, eodem Summo Pontifice Pio XII f. r., illud quoque in *Institutum Superius Paedagogiae*, Facultati Philosophiae praedicti Athenaei Salesiani adnexum, decreto diei 2 iulii 1956, canonice erexit cum propria facultate gradus academicos *licentiae et doctoratus in Philosophia-Paedagogia* conferendi, et, iuxta Decretum diei 3 martii 1959, Romae, alumnis quoque non Salesianis.

6º Litteris, deinde, commendaticiis S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus diei 24 maii 1963, apud Institutum Superius Paedagogiae ortum habuit Cursus peculiaris uno anno absolvendus, quo praeparentur qui praesertim in Seminariis munere educatoris fungantur. Cui cursus nomen est: « Corso annuale per gli educatori degli ecclesiastici ».

7º Litteris, denique, Apostolicis, die 22 mensis

februarii anni 1964, motu proprio datis, ad Pontificium Athenaeum Salesianum, a Paulo VI f. r. fundatum atque conditum est Pontificium Institutum Altioris Latinitatis, cuius rationes, kalendarium, horaria in proprio libello eduntur.

II. - DE INSCRIPTIONE

1. Documenta ad inscriptionem requisita haec recensentur:

1° LITTERAE TESTIMONIALES de candidati moribus conceduntur ab Ordinario loci, cum de clero saeculari agitur, a Superiore maiore pro religiosis clericis et laicis, a competenti Auctoritate Ecclesiastica pro laicis (Const. Ap. art. 24; Statuta, art. 45, n. 1).

2° TESTIMONIA AUTHENTICA DE STUDIIS praeviis rite peractis, quae referre debent: in quo Instituto, quot et quibus annis, quibus disciplinis et quibus examinum suffragiis studia peracta sunt (cf. art. 45, n. 2).

In specie:

a) PRO OMNIBUS: testimonia de mediis studiis classicis rite peractis (Stat. art. 45, 76, 97).

b) PRO CANDIDATIS THEOLOGIAE: insuper testimonium de studiis philosophicis et in specie de studio unius saltem anni merae philosophiae ad mentem Ord. art. 16 peracto, si studia philosophica aliter ac in biennio merae philosophiae scholasticae absolvverint (Stat. art. 42, 1).

c) PRO CANDIDATIS IURIS CANONICI: testimonium insuper de quadriennio theologicō rite peracto (Stat. art. 45, 2).

d) PRO CANDIDATIS INSTITUTI SUPERIORIS PAEDAGOGIAE: testimonia de studiis philosophicis et theo-

logicis rite peractis; pro iis candidatis religiosis vel laicis, qui curriculum philosophicum et theologicum non perfecerint, requiritur congruus cursus propaedeticus unius saltem anni ab ipso Instituto statutus, qui complecti debet tractatus philosophicos de Metaphysica, Psychologia, Ethica generali, Theodicea; theologicos vero de Revelatione et de Gratia; quod si haec studia alibi peracta fuerint, ab hoc cursu eximi possunt, dummodo testimonia authentica exhibeantur communiter ab Athenaeis agnita (Stat. ISP, art. VI, 1-2).

3º TESTIMONIUM COMMORATIONIS Romae pro sacerdotibus saecularibus a Rectore Collegii ecclesiastici approbati, in quo candidatus habitat; qui extra Collegia degunt non recipiuntur nisi exhibeatur speciale rescriptum ab Urbis Vicariatu concedendum (S. Congr. de Semin. et Studiorum Univ. decr. 15 juli 1964, prot. n. 695/52/20).

2. Ingressus

1º Annus scholasticus die a Magno Cancellario definito incipit. Omnes igitur Alumni eo saltem die Athenaeum ingredi debent (Stat. art. 49).

2º Si quis legitime et mature inscriptus, post constitutum tempus Athenaeum petierit, ad Facultates frequentandas admitti nequit, nisi gravi de causa, a suo Superiore maiore vel Ordinario loci scripto comprobata. Nemo tamen unquam admittitur qui post mensem ab initis preelectionibus pervererit (Stat. art. 50).

3. Examen admissionis

1º Si de alicuius candidati habilitate ad studia aliquod dubium supersit, respectivae Facultatis De-

canus, initio anni academici, de sui Consilii consensu, eum examini subiicere poterit (Stat. art. 47).

2º IN THEOLOGIA:

a) ad examen admissionis de universa philosophia tenentur omnes, qui per unum tantum annum philosophiae merae operam dederint (Ordinat. art. 16, § 3).

b) item candidati qui quadriennium theologicum rite absolverint in Scholis iure gradus academicos conferendi parentibus, ad examen de universa theologia tenentur coram tribus saltem Professoribus a Decano designatis; examine feliciter superato candidati eo ipso titulo Baccalaurei decorantur, et ad quintum annum academicum admittuntur cum iure Licentiam post annum adipiscendi, servatis iis, quae Statutis praescribuntur ad Licentiam consequendam (Stat. art. 76).

3º IN IURE CANONICO: qui quadriennium theologicum extra Facultatem Theologicam peregerit ad examen super Institutiones iuris canonici coram tribus saltem Professoribus a Decano designatis tenetur (Stat. art. 77 § 1, n. 2).

4º IN PHILOSOPHIA: qui biennium philosophicum vel quadriennium theologicum in Schola superiore ab auctoritate ecclesiastica approbata sed extra Facultates peregerit, examen subire debet; quo feliciter superato candidatus in tertium annum admittitur et eo ipso Baccalaurei titulo decoratur (Stat. art. 79).

5º IN PAEDAGOGIA: qui a cursu propaedeutico vel ab aliis disciplinis iam factis eximi vult, adaequata examina huiusmodi disciplinarum superare debet (Stat. ISP, art. VI, 2; IX, 3).

4. Studia alibi peracta

Qui studia theologica, iuris canonici, philosophica vel paedagogica in alia Facultate vel Universitate Studiorum, Gradus academicos conferendi a Sede Apostolica iure pollenti, inchoaverit, ea in nostro Athenaeo prosequi et explere poterit, hisce conditio-nibus servatis:

1º Gradus, quos in ea Facultate vel Universitate Studiorum fuerit legitime consecutus, eadem vi pol-lent ac si in nostro Athenaeo collati fuerint.

2º Annos academicos in illis absolutos nemo ite-rare cogitur, disciplinae et cursus frequentati atque examina feliciter superata valida habebuntur. Atta-men, ut gradus in nostro Athenaeo assequi valeat, auditor omnes disciplinas omnesque cursus et exer-citationes frequentare debebit et examina superare, quae ad eundem Gradum assequendum nostris Sta-tutis praescribuntur (Stat. art. 75).

5. Tessera inscriptionis et Libellus academicus

Inscriptione in Athenaeum rite peracta alumnus recipit Tesseram inscriptionis; studiis autem absolu-tis vel cum ab Athenaeo discedit, etiam Libellum academicum recipit, in quo disciplinae frequentatae et suffragia in examinibus obtenta adnotata sunt (Stat. art. 46 § II).

III. - DE PRAELECTIONIBUS

1º Auditores scholas omnes disciplinarum pree-scriptarum, cursum liberorum et exercitationum, quos elegerint, frequentare debent (Stat. art. 52, § 1; 69; Ordinat. art. 29).

2º Si quis auditor ab iis ita afuerit (cum vel sine causa), ut absentiae simul sumptae tertiam partem anni aut semestris academici adaequent, annus ille aut semestre numero praescripto non comprehendetur (Ordinat. art. 29), et ideo ius amittit eo anno vel semestri subeundi examina (Stat. art. 52, § 11).

3º Auditores extraordinarii, qui praelectionibus adesse optant, habitam a Rectore Magnifico scriptam licentiam Decano respectivae Facultatis tradere debent (Stat. art. 51).

IV. - DE EXAMINIBUS

1. Tempus et modus

1º Examina de singulis disciplinis vel disciplinarum partibus et de cursibus peculiaribus subeunda sunt eo ipso anno academico, cui in cuiusque anni Kalendario eaedem disciplinae vel disciplinarum partes aut cursus assignantur, salvis exceptionibus infra definitis (Stat. art. 95).

2º Examina disciplinarum praecipuarum, regulariter, subeunda sunt mense Iunio et quidem oretenus coram Commissione (Stat. art. 96, § I).

3º Examina aliarum disciplinarum subeunda sunt eo tempore quo Consilium Academicum constituerit. Fiunt oretenus coram Commissione, nisi Consilium Facultatis aliter decreverit (Stat. art. 96, § II).

4º In sessione autumnali admitti nequeunt ad examina subeunda nisi alumni qui in sessionibus elapsi anni academici probati non sunt, vel ob iustum et rationabilem causam, a Consilio Facultatis probata, facultatem obtinuerint a Decano examina in hanc sessionem differendi (Stat. art. 96, § III).

2. Repetitio examinum

1º Alumni, qui probationem ad Gradus academicos requisitam non sunt assecuti, examina semel tantum iterare valent in sequenti sessione autumnali (Stat. art. 102, § III).

2º Qui in priore et altero examine unius alteriusve disciplinae auxiliaris vel specialis aut cursus peculiari probatus non est, et saltem 15 suffragia receperit, a Collegio Professorum, accedente Rectoris Magnifici approbatione, admitti potest ad Gradus academicos consequendos, ratione habita suffragiorum in ceteris disciplinis receptorum (Stat. art. 102, § 5).

3. Interrogatio in examine

Examina oralia pro singulis disciplinis vel cursibus per id tempus protrahenda sunt (numquam tamen minus horae sextante), quod a Rectore Magnifico, auditio Consilio Facultatis, constitutum est (Stat. art. 101, § I).

4. Scala suffragiorum

1º In Athenaeo singuli examinatores triginta suffragiis utuntur (Stat. art. 102, § II).

2º Probatio ad Gradus academicos assequendos requisita 18 saltem suffragiis pro singulis examinibus constare debet. Qui pauciora his suffragia receperit, non probatus dicitur.

3º Igitur: qui 18-20, probatus; qui 21-23, bene probatus; qui 24-26, cum laude probatus; qui 27-29, magna cum laude probatus; qui 30, summa cum laude probatus dicitur (Stat. art. 102, § IV).

V. - DE GRADIBUS ACADEMICIS

1. Baccalaureatus

1º Ante examen orale disciplinarum illius anni academici in quo Baccalaureatus consequendus est, fit ab omnibus candidatis experimentum scriptum, hac servata ratione:

a) die a Decano constituta omnibus candidatis in conclave simul consistentibus duo triave themata ex disciplinis praecipuis desumpta traduntur, quorum unum ad libitum scripto evolvendum est;

b) themata designantur a Decano cum suo Consilio, approbante Rectori Magnifico;

c) tempus utile ad thema evolvendum quattuor horarum est;

d) candidatis usus fontium solummodo permititur;

e) candidatis invigilant Professores a Decano designati;

f) thema evolvendum est exhibitis foliis Atheneaei sigillo signatis (Stat. art. 110).

2º Requiritur insuper:

a) ut candidatus praelectiones omnium disciplinarum et cursuum frequentaverit, quae statutis annis academicis pro singulis Facultatibus prescribuntur;

b) ut omnium disciplinarum et cursuum praescripta examina subierit et feliciter superaverit (Stat. art. 109).

2. Licentia

1º Primo requiritur idem ac pro Baccalaureatu, congrua congruis referendo.

2º Insuper et exercitationes praescriptae, praesertim una, scripta, qua alumnus aptitudinem ad laborem scientificum demonstraverit; ipsae diiudicandae sunt a Professore, qui iisdem praefuit atque moderatus est (Ordinat. art. 37; Stat. art. 97).

3º Examen scriptum subiicitur iudicio Professoris illius disciplinae ad quam thema pertinet et alterius Professoris a Decano designati.

4º Qui 18 saltem suffragia consecutus non fuerit, ad examen orale non admittetur.

5º Examen orale fit coram Commissione, e quatuor saltem Professoribus a Decano propositis et a Rectore Magnifico nominatis constante.

6º Examen orale unius horae spatium perdurat; eidem examini adesse possunt Professores omnes, omnesque Facultatis Alumni.

7º In examine ad Licentiam assequendam candidatus tale suae doctrinae specimen proferre debet, ut idoneus haberi possit ad docendum in scholis, quae Gradus academicos non conferunt (Stat. art. 115, 117, 118).

3. Laurea

1º Imprimis requiruntur omnia quae iam de Baccalaureatu et Licentia dicta sunt, congrua congruis referendo.

2º Insuper requiruntur: dissertatio scripta, examen orale ad Lauream, dissertationis defensio, et, ad Diploma obtainendum, eius publicatio saltem ex parte.

a) DISSERTATIO SCRIPTA: exaranda est tanta amplitudine, tam scientifica methodo tamque perspi-

cua dicendi ratione, ut clare pateat candidatum investigationibus scientificis et scientiae promovendae aptum esse (Stat. art. 129).

* Dissertationis argumentum diligendum est a candidato de consensu Professoris disciplinae, ad quam pertinet dissertatio ipsa, probantibus Consilio Facultatis et Rectore Magnifico. Tradito Decano Facultatis argumento, ipsum substantialiter immutare illicitum est, nisi ex iusta causa a Rectore probanda (Stat. art. 130).

* Candidatus quinque dissertationis exemplaria tradat Secretario Athenaei duobus saltem mensibus ante diem pro publica defensione constitutum (art. 132).

* Examen dissertationis fit a professore disciplinae e qua dissertatio selecta est et duobus aliis Facultatis Professoribus a Rectore Magnifico de consilio Decani designatis (Stat. art. 133).

b) EXAMEN ORALE AD LAUREAM: fit vel per *unius thesis expositionem*, vel per *praelectionem* de aliquo determinato argumento (Stat. art. 124 § 1).

* Si examen fit per alicuius *thesis expositionem*, candidatus die a Decano Facultatis constituta octo theses ex aliqua disciplina praecipua a se ad libitum delectas eidem tradit.

Ex eisdem thesibus ipso experimenti die et sexaginta momentis antequam experimentum initium habeat, Decanus de licentia Rectoris Magnifici unam candidato exponendam atque demonstrandam tradit (Stat. art. 125).

* Quod si experimentum fit per *practicam praelectionem*, eiusdem argumentum ex disciplina a candidato designata Decanus, auditio eiusdem disciplinae Professore, Rectori Magnifico proponit, et, habita eiusdem licentia, Candidato octiduo ante significat.

Praelectionis finis est, ut candidati ad docendum in aliqua Facultate aptitudo pateat (Stat. art. 126).

* *Disputatio* vel *praelectio* unius horae spatum perdurat; postremis quindecim momentis examinatores candidatum super difficultatibus et dubiis interrogare possunt; utraque fit coram Professore disciplinae, e qua thesis vel praelectionis argumentum delectum est, et tribus aliis Professoribus a Rectore Magnifico, de consilio Decani, designatis. Commissioni praeest, regulariter, Professor disciplinae de qua in experimento agitur; experimento adesse possunt ceteri Professores et alumni omnes; candidatus ad experimentum iterandum semel tantum admitti potest (Stat. art. 127-128).

c) DISSERTATIONIS DEFENSIO: fit per unam horam coram Commissione constante quinque eiusdem Facultatis Professoribus a Rectore Magnifico de consilio Decani designatis, inter quos ipsius dissertationis censores.

* Candidatus compendiosam dissertationis expositionem praecipuasque conclusiones exhibit temporis spatio non ultra 20 momentorum; deinde respondet ad dubia et difficultates, quae censores, ceteri designati Professores, aliique, si tempus suppetit, obiiciunt (Stat. art. 135 § 1-IV).

d) DISSERTATIONIS PUBLICATIO integra vel ex parte saltem:

Candidatus, textum dissertationis, sive integrum sive eius partem, ratione habita immutationum vel correctionum quas censores fortasse proposuerint, Secretario Athenaei tradet, ut approbationem censorum aliasque indicationes quae ad legitimam publicationem dissertationis spectant, obtineat (approbationem ecclesiasticam, numerum theseos, textum tegumenti et primae paginae) (Stat. art. 137 § 1).

* Dissertationis typis editae tradenda sunt Rectori Magnifico octoginta saltem exemplaria (Stat. art. 137 § III).

VI. - DE LINGUA LATINA USU

1º Praeter lectiones, quae latine tradi debent (Philosophia theoretica, Theologia universa, Sacra Scriptura, Ius Canonicum et Romanum), etiam publicae disputationes et praelectionum repetitiones latine fiant (Ordinat. ad Const. Apost. « Veterum sapientia », cap. IV, art. II, §§ 2,4).

2º Quod ad examina attinet, haec praecipiuntur:

a) examina sive scripto sive ore habenda de disciplinis latine tradendis latine fiant;

b) peculiari ratione latine fiant pariter examina praeponenda cuivis gradui academico in dictis disciplinis suscipiendo, praesertim « lectio coram » et thesis defensio (loc. cit. § 5).

3º Experimentum ad Licentiam consequendam requisitum ad normam art. 37 Ordinationum ad Const. Apost. « Deus scientiarum Dominus » in disciplinis de quibus supra [n. 1º] latino sermone exarandum est (loc. cit. § 6).

4º Thesis ad doctoris lauream assequendam in disciplinis de quibus supra [n. 1º], suadendum valde est, ut latine conscribatur. Quod si iuxta art. 131 Statutorum de beneplacito Rectoris Magnifici lingua neolatina aut etiam germanica vel anglica conscripta est, ei congruens summarium latine exaratum praemittatur (loc. cit. §§ 7, 8).

VII. - DE AUDITORUM TRIBUTIS

Iuxta ordinationem S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus die 30 Iulii 1964 datam, haec statuuntur tributa ab auditoribus solvenda:

1º Tributa pro annuali inscriptione:

| | | |
|--|------|--------|
| a) Solvenda ab auditoribus qui prima vice inscribuntur | Lib. | 10.500 |
| b) Solvenda a ceteris auditoribus | » | 7.000 |
| c) Solvenda quotannis pro expensis Secretariae | » | 2.500 |

2º Tributa pro examinibus:

| | | |
|---|---|--------|
| a) Ad <i>Baccalaureatum</i> | » | 7.500 |
| b) Ad <i>Licentiam</i> | » | 15.000 |
| c) Ad <i>Lauream</i> | » | 22.500 |
| d) Ad examina annualia sine gratiis | » | 5.500 |

3º Tributa pro Diplomatibus

| | | |
|----------------------------|---|-------|
| Baccalaureatus | » | 2.000 |
| Licentiae | » | 3.500 |
| Laureae | » | 4.500 |
| Specializationis | » | 2.500 |

4º Tributa pro usu Laboratoriis:

| | | |
|---------------------|---|-------|
| Quotannis | » | 1.500 |
|---------------------|---|-------|

5º Tributa pro testimentiis:

| | | |
|---|---|-------|
| Testimonium de curricolo vel de gradu | » | 1.000 |
| Testimonium quodvis aliud | » | 500 |

6º Tributa pro Auditoribus Hospitibus:

| | | |
|---|---|-------|
| Pro singulis cursibus (usque ad tres) | » | 1.000 |
| Pro quattor vel pluribus cursibus | » | 5.000 |

**PRAELECTIONUM CONSPECTUS
SECUNDUM FACULTATES ET INSTITUTA
ORDINATUS**

FACULTAS THEOLOGICA

C O N S I L I U M

PRAESES: Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE
CONSILIARII: Sac. DOMINICUS BERTETTO
Sac. GUIDO BOSIO
Sac. PETRUS BROCARDO
Sac. NAZARENUS CAMILLERI
SECRETARIUS: Sac. JOSEPHUS RAMOS

COLLEGIUM PROFESSORUM

BERTETTO Sac. DOMINICUS: Professor Theologiae Dogmaticae et S. Eloquentiae.
BOSIO Sac. GUIDO: Professor Patrologiae et Latinitatis.
BROCARDO Sac. PETRUS: Professor Theologiae Asceticae.
CAMILLERI Sac. NAZARENUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
CANTINI Sac. JOANNES: Professor Juris Canonici.
CASTELLINO Sac. GEORGIVS: Professor S. Scripturae.
CUVA Sac. ARMANDUS: Professor Liturgiae.
DEMARIA Sac. THOMAS: Professor Theologiae Dogmaticae et Missiologie.
FARINA Sac. RAPHAEL: Professor Historiae Ecclesiasticae.

- FAVALE Sac. AUGUSTINUS: Professor Historiae Ecclesiasticae.
- FOGLIASSO Sac. AEMILIUS: Professor Juris Canonici.
- GAMBA Sac. JOSEPHUS: Professor S. Scripturae et Linguae Greco-Biblicae.
- GIANNATELLI Sac. ROBERTUS: Professor Catecheticae.
- GRUSSU Sac. MARIUS: Professor Theologiae Moralis.
- JAVIERRE Sac. ANTONIUS M.: Professor Theologiae Fundamentalis.
- KAHNÈ Sac. STANISLAUS: Professor Scientiarum Orientalium Ecclesiasticarum.
- LICCIARDO Sac. DEMETRIUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- LOSS Sac. NICOLAUS: Professor S. Scripturae et Linguae Hebraicae.
- MAGGIO Sac. STEPHANUS: Professor Archeologiae Christianae.
- MIDALI Sac. MARIUS: Professor Theologiae Fundamentalis.
- PIANAZZI Sac. JOANNES: Professor Theologiae Moralis.
- PREROVSKY Sac. ULDERICUS: Professor Historiae Ecclesiasticae.
- QUARELLO Sac. ERALDUS: Professor Theologiae Moralis Fundamentalis.
- RAMOS Sac. JOSEPHUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- RUFFINO Sac. JOSEPHUS: Professor Theologiae Fundamentalis.
- SÖLL Sac. GEORGIUS: Professor Historiae Dogmatum.

STEFANI Sac. DUSAN: Professor Concentus Gregoriani
et Musicae Sacrae.

STELLA Sac. PETRUS: Professor Theologiae Moralis.

USSEGLIO Sac. JOSEPHUS: Professor Theologiae Mo-
ralis.

VALENTINI Sac. EUGENIUS: Professor Theologiae Fun-
damentalis.

ORDO PRAELECTIONUM

I

PRO AUDITORIBUS I, II, III, IV CURSUS

A) DISCIPLINAE PRAECIPUAE

I. - Theologia fundamentalis (Cursus I)

De Revelatione Christiana - De Sacra Inspiratione - De Ecclesia Christi.

Horae sex hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. ANTONIUS JAVIERRE

Prof. Sac. MARIUS MIDALI

II. - Theologia dogmatica

A) IN II CURSU: De Deo Uno et Trino - De Deo Creante et Elevante.

Horae sex hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. DEMETRIUS LICCIARDO

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS

B) IN III CURSU: De Verbo Incarnato - De Christo Redemptore - De Mariologia - De Gratia - De Virtutibus theologicis.

Horae sex hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETO

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

C) IN IV CURSU: De Sacramentis in genere et in specie - De Novissimis.

Horae sex hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETO

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

Prof. Sac. DEMETRIUS LICCIARDO

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS

III. - Theologia Moralis

A) IN PRIMO CURSU: De fine ultimo - De legibus
- De conscientia - De actibus humanis - De virtutibus theologicis - De virtutibus moralibus in genere
- De peccatis.

Horee quattuor hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO

B) IN II ET III CURSU: De virtutibus (excepta iustitia) - De obligationibus peculiaribus.

Horee quattuor hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. JOSEPHUS USSEGLIO
Prof. Sac. JOANNES PIANAZZI

C) IN IV CURSU: De virtutibus theologicis - De virtute religionis - De obligationibus peculiaribus - De peccatis castitati oppositis et de usu Matrimonii - Theologia Pastoralis.

Horee quinque hebdomadariae usque ad mensem aprilis.

Prof. Sac. MARIUS GRUSSU
Prof. Sac. JOSEPHUS USSEGLIO

IV. - Sacra Scriptura

A) IN PRIMO CURSU: Introductio generalis in Sacras Scripturas - Historia textus et versionum librorum Novi Testamenti - Principia de hermeneutica biblica - Introductio specialis in Evangelia - Lectio quattuor Evangeliorum.

Horee tres hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

B) IN II, III et IV CURSU: Historia textus

V. T. - Introductio et Exegesis in Libros Historicos Veteris Testamenti.

Horae tres hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

V. - Institutiones liturgicae

A) IN PRIMO CURSU: Introductio in S. Litur-
giam.

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

B) IN II ET III CURSU: De Sacrificio Missae et
de Sacramentis.

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

VI. - Historia ecclesiastica

A) IN PRIMO CURSU: Historia Ecclesiastica an-
tiqua (saec. I-V).

Horae quattuor hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. ULDERICUS PREROVSKY

B) IN II, III ET IV CURSU: Historia Ecclesiastica
mediaevalis (saec. VI-XIII).

Horae quattuor hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

VII. - Patrologia

A) IN PRIMO CURSU: Aetas praenicaena.

Hora una hebdomadaria per annum.

B) IN SECUNDO CURSU: Aetas postnicaena.

Hora una hebdomadaria per annum.
Prof. Sac. GUIDO BOSIO

VIII. - Archaeologia christiana (Cursus I)

Notiones - De monumentis architectonicis - De aedificis cultus - De coemeteriis - De monumentis iconographicis - De monumentis epigraphicis.

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. STEPHANUS MAGGIO

IX. - Institutiones iuris publici ecclesiastici (Cursus I)

Introductio in notionem scientificam juris canonici et juris publici ecclesiastici - Praenotiones de societate in genere et de societate religiosa in specie - De Ecclesiae juridica perfectione - De Ecclesiae relationibus ad extra - De concordatis.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

X. - Institutiones iuris canonici

A) IN PRIMO CURSU: I. Praenotiones de fontibus juridicis - Summa historiae fontium et scientiae juris canonici - De Codicis Juris canonici elaboratione et systemate - II. Normae generales C.I.C. (cc. 1-86) - Canones praeliminares de personis (cc. 87-107).

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

B) IN II, III ET IV CURSU: Liber II C.I.C. - Recentiora documenta conciliaria et pontificia quae materiam huius libri respiciunt.

Horae quattuor hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. JOANNES CANTINI

B) DISCIPLINAE AUXILIARES

I. - Lingua hebraica (Cursus I)

Hora una hebdomadaria per annum.
Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

II. - Lingua graeco-biblica (Cursus I)

Hora una hebdomadaria per annum.
Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

III. - Lingua latina (Cursus I et II)

Hora una hebdomadaria per annum.
Prof. Sac. GUIDO BOSIO

IV. - Theologia ascetica (Cursus II et III)

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. PETRUS BROCARDO

V. - Catechetica (Cursus III)

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. ROBERTUS GIANNATELLI

VI. - Sacra Eloquentia (Cursus IV)

Hora una hebdomadaria in altero semestri.
Prof. Sac. DOMINICUS BERETTO

C) CURSUS PECULIARES

I. - Ex theologia biblica

1. De relationibus Israelis ad Deum secundum litteraturam quam dicunt Deuteronomicam.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

2. De sermone montano apud sanctum Matthaeum.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

II. - Ex theologia patristica

Episcopus apud Ignatium Antiochenum.

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. GUIDO BOSIO

III. - Ex theologia fundamentali

1. Decreti « De Oecumenismo » quaestiones recentiores.

Hora una hebdomadaria in altero semestri.

Prof. Sac. ANTONIUS JAVIERRE

2. Adspectus christologicus, pneumatologicus, communitarius Ecclesiae iuxta Constitutionem « Lumen Gentium » Concilii Vaticani II.

Hora una hebdomadaria in priore semestri.

Prof. Sac. MARIUS MIDALI

3. Structura signi in exegesi patristica Jo 2, 1-11.

Hora una hebdomadaria in priore semestri.

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS

IV. - Ex theologia dogmatica

1. Naturale et supernaturale in homine religioso.

Hora una hebdomadaria in priore semestri.

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

2. Metaphysica realitatis historicae.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

3. De B. M. Virgine in Magisterio Concilii Oecumenici Vaticani II.

Hora una hebdomadaria in priore semestri.

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETTO

4. De Christo apud Bulgakov.

Hora una hebdomadaria in altero semestri.

Prof. Sac. STANISLAUS KAHNÈ

V. - Ex theologia morali

1. Documenti « De libertate religiosa » explanationis sub respectu theologico-morali.

Hora una hebdomadaria in altero semestri.

Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO

2. Problemata theologica communitatis internationalis.

Hora una hebdomadaria in altero semestri.

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

VI. - Ex Liturgia

1. Commentarius in Constitutionem « De sacra Liturgia » Concilii Oecumenici Vaticani II.

Hora duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

2. De musica sacra iuxta Constitutionem conciliarem « De sacra Liturgia ».

Hora una hebdomadaria in priore semestri.
Prof. Sac. DUSAN STEFANI

VII. - **Ex historia ecclesiastica**

1. Relatio societatem civilem inter et Ecclesiam apud antiquos scriptores christianos.

Hora una hebdomadaria in altero semestri.
Prof. Sac. RAPHAEL FARINA

2. Methodologicae circa fontes salesianas exercitationes.

Hora una hebdomadaria in altero semestri.
Prof. Sac. PETRUS STELLA

D) EXERCITATIONUM SEMINARIA

I. - **Ex theologia biblica**

1. Vocabularium theologicum Veteris Testamenti hebraici.

Praeest Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

2. De compositione litteraria Evangelii sancti Matthaei.

Praeest Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

II. - **Ex theologia patristica**

1. Cuinam litterarum generi adscribenda sit Didache, et qua ratione interpretanda.

Praeest Prof. Sac. GUIDO BOSIO

2. De signo caeci nati apud Patres.

Praeest Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS

III. - Ex theologia fundamentali

1. Methodologia oecumenica.

Praeest Prof. Sac. ANTONIUS JAVIERRE

2. De Ecclesia in Novo Testamento quaestiones selectae.

Praeest Prof. Sac. MARIUS MIDALI

IV. - Ex theologia dogmatica

1. Naturale et supernaturale in homine religioso.

Praeest Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

2. Doctrina de Verbo Incarnato in S. Augustino.

Praeest Prof. Sac. MARIUS GRUSSU

3. De Christologia et Mariologia quaestiones selectae.

Praeest Prof. Sac. DOMINICUS BERTETTO

V. - Ex theologia morali

Investigationes in Constitutionem Concilii « Ecclesia in mundo huius temporis ».

Praeest Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO

VI. - Ex liturgia

1. Quaestiones de spiritualitate liturgica.

Praeest Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

2. De ministris sacris in Missa stationali Episcopi iuxta fontes liturgicos.

Praeest Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

VII. - Ex historia ecclesiastica

1. De ecclesiologia in Conciliis Oecumenicis.

Praeest Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

2. Ecclesia apud scriptores ecclesiasticos primae
medietatis saeculi IV.

Praeest Prof. Sac. RAPHAEL FARINA

3. Analysis philologica « Memorie Biografiche »
Sancti Joannis Bosco.

Praeest Prof. Sac. PETRUS STELLA

II

PRO AUDITORIBUS V ET VI ANNI

QUAESTIONES SELECTAE DE CHRISTO

Introductio

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS

FONTES

I. - Sacra Scriptura

1. Visio christologica Veteris Testamenti.
Prof. Sac. NICOLAUS LOSS
2. Christologia Apoc. 1, 1-2.
Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

II. - Traditio

1. Christus apud Ignatium Antiochenum.
Prof. Sac. GUIDO BOSIO
2. De templi signo apud Patres (Jo 2, 18-21).
Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS
3. Iesus Christus in Liturgia.
Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

MAGISTERIUM

1. Mysterium Verbi incarnati in primis Conciliis Oecumenicis.
Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

2. De praesentia Christi in Ecclesia iuxta Constitutionem «Lumen Gentium» Concilii Vaticani II.

Prof. Sac. MARIUS MIDALI

3. Genesis Christologiae.

Prof. Sac. GEORGIUS SÖLL

DOGMA

1. Persona Christi in Theologia Fundamentalis.

Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE

2. De conscientia psychologica Christi.

Prof. Sac. MARIUS GRUSSU

3. In Rom 4,25 Commentarius dogmaticus.

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETTO

4. De adoptiva nostra filiatione divina, ut est participatio naturalis filiationis divinae Christi.

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

5. De Christo apud Bulgakov.

Prof. Sac. STANISLAUS KAHNÈ

6. De Christo ut «forma» realitatis historicae.

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

VITA

1. Significatio theologica et moralis sacrificii Crucis.

Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO

2. Consideratio christocentrica historiae antiquae.
Prof. Sac. ULDERICUS PREROVSKY
3. Illuminismus ante Christum.
Prof. Sac. PETRUS STELLA
4. Scientia contemporanea et Christianismus.
Prof. Sac. JOSEPHUS RUFFINO
5. Christus et sociologia.
Prof. Sac. JOSEPHUS GEMELLARO
6. Studia sindonologica.
Prof. Sac. EUGENIUS VALENTINI

FACULTAS IURIS CANONICI

C O N S I L I U M

PRAESES: Sac. CAIETANUS BRUNO
CONSILIARIUS: Sac. AEMILIUS FOGLIASSO
SECRETARIUS: Sac. JOANNES CANTINI

COLLEGIUM PROFESSORUM

BRUNO Sac. CAIETANUS: Professor Scholae textus atque Juris civilis.
CANTINI Sac. JOANNES: Professor Scholae textus.
CASTILLO Sac. ROSALIUS: Professor Scholae textus.
COMPOSTA Sac. DARIUS: Professor Philosophiae juris.
CUVA Sac. ARMANDUS: Professor Juris liturgici.
FOGLIASSO Sac. AEMILIUS: Professor Juris publici ecclesiastici atque Juris concordatarii.
LECLERC Sac. GUSTAVUS: Professor Scholae textus atque Juris internationalis.
SESTO Sac. JANUARIUS: Professor Scholae textus atque Praxis processualis.
STICKLER Sac. ALFONSUS: Professor Scholae textus, Historiae juris canonici atque Methodologiae iuridicae.
ZELIAUSKAS Sac. JOSEPHUS: Professor Historiae juris canonici.

ORDO PRAELECTIONUM

A) DISCIPLINAE PRAECIPUAE

I. - Philosophia juris (Cursus I et II)

Philosophia juris tamquam pars philosophiae et tamquam disciplina juridica - Systemata philosophorum in juris definitione tradenda - Relationes inter jus, justitiam et ordinem moralitatis - De jure obiectivo in genere deque jure naturali atque de jure positivo - De jure subiectivo seu de « facultate » juridica deque eius extensione.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. DARIUS COMPOSTA

II. - C.I.C. Liber II, partes II et III (Cursus I et II)

De Religiosis et de Laicis (cc. 487-725).
Horae tres hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. CAIETANUS BRUNO

III. - C.I.C. Liber III, partes II - VI (Cursus I et II)

De simonia, de locis et temporibus sacris; de magisterio ecclesiastico; de beneficiis aliisque institutis ecclesiasticis non collegialibus; de bonis Ecclesiae temporalibus.

Horae tres hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

IV. - C.I.C. Liber IV (Cursus I et II)

De Processibus: pars I, De judiciis in genere (cc. 1552-1705).

Horae quattuor hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. JANUARIUS SESTO

V. - C.I.C. Liber V (Cursus I et II)

De delictis et poenis (cc. 2195-2414). - Praesupposita historica et philosophica juris poenalis. - De delictis in genere. - De poenis in genere et in specie. - De poenis in singula delicta.

Horae sex hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. ROSALIUS CASTILLO

VI. - Jus publicum ecclesiasticum (Cursus I)

Praenotiones: de juris publici ecclesiastici notione, deque eius divisionibus, fontibus, scientia, disciplinis affinibus et scientiis auxiliaribus - De Ecclesia tamquam societate juridica perfecta: de notione juridica Ecclesiae deque eiusdem juridicæ perfectionis probatione; de Ecclesiae potestate legifera, judiciali et executiva; de forma regiminis in Ecclesia deque Sacrorum Pastorum constitutione.

Horae quattuor hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

B) DISCIPLINAE AUXILIARES

I. - Institutiones juris romani (Cursus I et II)

Praenotiones generales circa jus eiusque interpretationem - Subiectum et obiectum juris - Jus familiae - Jus reale - Jus obligationum - Jus hereditarium.

Horae quattuor hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. ALFONSUS M. STICKLER

II. - Elementa juris civilis (Cursus III)

Pars generalis: fontes juris privati; de jure obiectivo; de juridicis petitionibus; de factis et

actionibus juridicis - Pars specialis de jure personarum; de jure hereditario; de jure obligationum.

Horae duae hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. CAIETANUS BRUNO

III. - Jus concordatarium (Cursus II)

De habitudine juris concordatarii ad jus publicum ecclesiasticum - De principiis juridicis relationum conventionalium - De jure concordatario vigenti deque aliis legibus civilibus in re ecclesiastica.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

IV. - Historia juris canonici (Cursus I et II)

Historia fontium - Historia scientiae.

Horae duae hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. JOSEPHUS ZELIAUSKAS

C) DISCIPLINAE SPECIALES

I. - Jus internationale (Cursus III)

Introductio - De juris internationalis juridicitate et fontibus - De subiectis jurium et officiorum internationalium - De nativitate, extinctione et modificationibus relationum internationalium; de negotiis internationalibus et bilateralibus; de actibus illicitis internationalibus - De mediis componendi conflictus internationales - De historia, notione, juribus et mediis neutralitatis.

Horae duae hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

II. - Praxis processualis (Cursus III)

Evolutio practica processus contentiosi generalis - Evolutio practica processus criminalis - Evo-

lutio practica processus administrativi - Processus speciales - Varii modi procedendi in Ecclesia.

Horae duae hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. JANUARIUS SESTO

III. - Methodologia historico-juridica (Cursus I)

Introductio - De formatione scientifica in genere - De inquisitione scientifica in specie.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. ALFONSUS M. STICKLER

D) CURSUS PECULIARES

I. - Praxis administrativa

Horae duae hebdomadariae per annum.

Apud S. Congregationem de Religiosis

II. - De relationibus inter theologiam moralem et jus canonicum.

Hora una hebdomadaria per annum.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

III. - Theologia juris

Hora una hebdomadaria per annum.

Prof. Sac. DARIUS COMPOSTA

E) EXERCITATIONES

I. - Lectura fontium et relatio

Praeest: Prof. Sac. ROSALIUS CASTILLO

II. - Investigationes scientificae circa argumenta selecta

a) ex materia uniuscuiusque libri C.I.C. a professore proponenda

b) ex jure publico ecclesiastico

c) ex historia doctrinarum juris canonici

Praesunt: Professores disciplinarum respectivarum.

FACULTAS PHILOSOPHICA

C O N S I L I U M

| | |
|--------------|---------------------------|
| PRAESES: | Sac. VINCENTIUS MIANO |
| CONSILIARII: | Sac. DARIUS COMPOSTA |
| | Sac. JOSEPHUS GEMMELLARO |
| | Sac. JULIUS GIRARDI |
| | Sac. PROSPER STELLA |
| | Sac. BERNARDUS VAN HAGENS |
| SECRETARIUS: | Sac. JOSEPHUS ABBA |

COLLEGIUM PROFESSORUM

| | |
|-------------------|---|
| ABBA | Sac. JOSEPHUS: Professor doctrinae socialis. |
| BENOTTO | Sac. JOSEPHUS: Professor quaestionum selectarum Historiae philosophiae. |
| BOGLIOLO | Sac. ALOYSIUS: Professor Historiae philosophiae recentioris. |
| BRAIDO | Sac. PETRUS: Professor Philosophiae educationis. |
| CANTONE | Sac. CAROLUS: Professor Theologiae naturalis. |
| COMPOSTA | Sac. DARIUS: Professor Historiae philosophiae antiquae et philosophiae juris. |
| FERREIRA DA SILVA | Sac. AUGUSTUS: Professor Ethicae generalis. |
| GEMMELLARO | Sac. JOSEPHUS: Professor Doctrinae socialis Ecclesiae. |
| GEVAERT | Sac. JOSEPHUS: Professor Psychologiae metaphysicae. |

- GIRARDI Sac. JULIUS: Professor Ontologiae et Historiae Atheismi.
- GOYENECHEA Sac. FRANCISCUS: Professor Ethicae socialis.
- GRASSO Sac. PETRUS JOANNES: Professor methodologiae sociologicae.
- LECLERC Sac. GUSTAVUS: Professor Scientiae oeconomicae et juris internationalis.
- MIANO Sac. VINCENTIUS: Professor Logicae et Criticae.
- MILANESI Sac. JOANNES CAROLUS: Professor Sociologiae generalis et sociologiae religiosae.
- NEGRI Sac. JOANNES CAROLUS: Professor methodologiae catecheticae.
- NICOLETTI Sac. HENRICUS: Professor cursuum specialium Historiae philosophiae modernae et recentioris.
- PRIVOZNIK Sac. JOSEPHUS: Professor Historiae Philosophiae Modernae.
- RONCO Sac. ALBINUS: Professor Psychologiae experimentalis.
- SARTI Sac. SILVANUS: Professor Statisticae.
- SINISTRERO Sac. VINCENTIUS: Professor juris comparativi educationis.
- SPANO Sac. VINCENTIUS: Professor Biologiae et Anthropologiae.
- STELLA Sac. PROSPER: Professor Historiae philosophiae scholasticae.
- TITONE Sac. LAURENTIUS: Professor Didacticae.
- VAN HAGENS Sac. BERNARDUS: Professor Cosmologiae et Physicae.

ORDO PRAELECTIONUM

A) DISCIPLINAE PRAECIPUAE

I. - Philosophia scholastica

1. - IN PRIMO CURSU:

A) INTRODUCTIO IN PHILOSOPHIAM - LOGICA - CRITICA. Introductio: de positione et necessitate quaestione de cognitionis valore atque de methodo solutionis. - Pars prior: de valore singulorum graduum processus cognoscitivi hominis.

Horae quinque hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. **VINCENTIUS MIANO**

B) PSYCHOLOGIA METAPHYSICA:

Introductio: De natura psychologiae deque ejus principalioribus solutionibus.

I pars: de definitione essentiali hominis: de substantia, spiritualitate, informatione, morte, immortalitate, origine;

II pars: de operatione humana: de vita cognitiva, de vita appetitiva-volitiva-libera, de communitate personarum, de vocatione religiosa et culturali.

Horae quinque hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. **JOSEPHUS GEVAERT**

c) COSMOLOGIA: De quantitate, loco et spatio - De mutationibus corporeis - De continuo fluente - De essentia corporis naturalis.

Horae tres hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. **BERNARDUS VAN HAGENS**

2. - IN SECUNDO CURSU:

A) THEOLOGIA NATURALIS:

De phaenomenologia ideae Dei - De existentia Dei
- De natura Dei.

Horae quinque hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. CAROLUS CANTONE

B) PSYCHOLOGIA METAPHYSICA: ut supra.

C) ETHICA GENERALIS: De valore: phaenomenologia - natura - norma. De obligatione morali: natura - fundamentum. De lege. De conscientia. De virtutibus. De beatitudine.

Horae tres hebdomadariae in priore semestri et horae duae in altero semestri.

Prof. Sac. CUSTODIUS FERREIRA DA SILVA

3. - IN TERTIO CURSU:

A) ETHICA GENERALIS: ut supra.

B) ETHICA SOCIALIS: De realitate sociali, de eiusque natura - De natura sociali hominis et de societate in genere - De societatibus in specie, praesertim de societate familiari, de societate statali et de societate internationali.

Horae duae in priore semestri et horae tres in altero semestri.

Prof. Sac. FRANCISCUS GOYENECHEA

C) QAESTIONES SPECIALES EX CRITICA: 1. De fundamento et valore inductionis - 2. Epistemologia: de distinctione, methodo et valore scientiarum.

Horae tres hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. VINCENTIUS MIANO

D) QUAESTIONES SPECIALES EX ONTOLOGIA: 1. De problemate valorum - 2. De problemate causalitatis.

Horae tres hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. JULIUS GIRARDI

E) QUAESTIONES SPECIALES EX COSMOLOGIA: De theoria relativistica.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. BERNARDUS VAN HAGENS

II. - Historia Philosophiae

1. - IN PRIMO CURSU:

HISTORIA PHILOSOPHIAE ANTIQUAE

Horae quattuor hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. DARIUS COMPOSTA

2. - IN PRIMO ET SECUNDO CURSU:

HISTORIA PHILOSOPHIAE SCHOLASTICAE

Horae quattuor hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. PROSPER STELLA

3. - IN SECUNDO ET TERTIO CURSU:

HISTORIA PHILOSOPHIAE MODERNAE

Horae duae hebdomadariae per annum.
Prof. Sac. JOSEPHUS PRIVOZNIK

4. - IN TERTIO CURSU:

HISTORIA PHILOSOPHIAE RECENTIORIS

Horae tres hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. JULIUS GIRARDI

B) DISCIPLINAE AUXILIARES

I. **Textus Aristotelis** (Cursus I)

Metaphysicorum liber XII.

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. DARIUS COMPOSTA

II. - **Textus Sancti Thomae** (Cursus II)

De spiritualibus creaturis.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. PROSPER STELLA

III. - **Textus ex philosophia moderna:**

KANT: quaestiones ex Critica Rationis Purae.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. HENRICUS NICOLETTI

IV. - **Textus ex philosophia recentiore:**

HEIDEGGER: quid sit metaphysica.

Horae duae hebdomadariae in altero semestri.

Prof. Sac. HENRICUS NICOLETTI

V. - **Psychologia experimentalis generalis** (Cursus I et II)

Cfr. Programma Instituti Superioris Paedagogiae.

Hoc anno silet.

Prof. Sac. ALBINUS RONCO

VI. - **Quaestiones ex biologia** (Cursus I et II)

Questioni di biologia cellulare alla luce della cosmologia (dottrina illemorfica) e della psicologia
- Questioni sulla costituzione, funzionalità e reci-

procità d'influsso dei sistemi nervoso, sensoriale ed endocrino - Questioni di genetica, ereditarietà e sesso.

Horae tres hebdomadariae in altero semestri.
Prof. Sac. VINCENTIUS SPANO

VII. - Quaestiones ex anthropologia et ethnologia (Cursus I et II)

Origine dell'uomo - Teorie varie e contributi paleontologici e paleoetnologici - Genesi, caratteriologia e classificazione delle razze umane - Civiltà umane.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.
Prof. Sac. VINCENTIUS SPANO

VIII. - Quaestiones ex mathesi (Cursus I et II)

De geometriis non-euclideis. De methodo axiomatica.

Hoc anno silet.
Prof. Sac. BERNARDUS VAN HAGENS

IX. - Quaestiones ex physica (Cursus I et II)

